



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

46. [i.e. 45.] C. Bern. dissimulat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)



rit; se verò non semel & nomine Caesaris mo- 1664.  
nentem, ne responso quidem dignentur? Hæc si  
responso dici velit, cur nulla fiat mentio sui?  
Per - deridiculum celebrari æstimatam tantæ  
iteratam à se intercessionem; cui non modo de-  
latum sit nihil, sed è diametro potius adversa-  
tum. Quantum valeat prætexta Caesaris &  
Imperij amicitia, argumento esse, dum contra  
communiem hostem laesis succurrunt Reges, ac  
Principes; recusari quascunq; etiam ab Ordi-  
nibus suppeticas; & quo tempore in Orientali  
plaga infestet Turca Imperij fines, in Occiden-  
tali armis Reip. expugnari Caesaris munimen-  
tum. Istâ scriptione non excusari factæ enor-  
mitatem, sed in Casarem, in Imperium insulta-  
ri. Sin abusus esset Monasteriensis potestate  
ab Augusto data, Frisij Principis fuisse apud  
Casarem queri; nec propterea licitum Ordini-  
bus agere extra spheram Provinciarum. Ita  
Germania Imperatorem iudicem agnosci. De-  
minimè minus appositè misceri tot convitia, uti  
kofus, Usurpatoris, quaq; id genus plura,  
quemadmodum cum omni æquitate pugnent, ita  
scire se neminem facile probaturum.

Christophorus Bernardus in gymnasio pa- 46.  
tientiz aliquandiu jam exercitatus, & id qui- C. Bern.  
dem æquo tunc animo tulit, altâ tamen men- dissimu-  
te reposuit; cum in Austria nunc, & Hunga- lat.  
riâ, Director armorum Imperij expectaretur.  
Et quoniam hæc aduersus Turcam expeditio

T t time-



1664. timebatur non paucorum mensium, sed plurimum annorum fore, velut brevi non rediturus, statum patriæ, quantum potuit, circum spectè ordinavit. Morante per id tempus

*Ordinatio statu* Romæ *Furstenbergio*, Gofuinus Baro Dux ex Vischering Consiliarios inter, primas nebat. Erat is in æde principe Bursarius Canonici Osnabrugensis & Veteris Ecclesiæ divi Pauli Præpositus; ac multos jam annos Episcopalis Camera Præfès. Huic Concilio secretiori Principatum committitur, mihi verò, uti aliàs Diocesis, Vicepotestate. Rebus itaque domi committitur ac parte comitatûs præmissâ, à salutata festo nonas Julij Beatâ Virgine *Telgetanâ*, in *Striam* concessit. Festinato itinere ante festum mensis *Viennam* intravit.

47. Sed dum in via est, properantem insequuntur litteræ ab Ordinibus Batavis sub Juniarum exarata, quibus postulant quindecies centum millia florenorum moneta Belgica; in ipsa littera summam, ex perceptis *Borculoënsis* Dynastiarum redditibus, in *Curia Gelria*, ante annos quinquaginta condemnata sit *Diocesis Monasteriensis*; nisi tempestive solvat, executionem committitur. Quamquam ista postulatio cæteris omnibus Principi visa est periculosior, quod cum eam scirent pecuniæ vim à *Monasteriensibus* non posse corrogari, prompta semper furura sit armatis occasio, & exigendi argentum, & p-